

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad
Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

XII. Beatificatio Ven. Servi Dei Josephia Cupertino Sacerdotis Professi
Ordinis Fratrum Monorum Conventualium S. Francisci. 20. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74789](#)

ANNO
1753.

BENEDICTUS XIV. AN. XIII.

37

Minori, e Maggiori; ed è anche vigente la controversia, se la prima Tonsura sia, o non sia Ordine. E con pienezza di cuore abbracciandola, le diamo l'Apostolica Benedizione.

Data della
Lettera alli-
15. di Febru-
ario 1753.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 15. Februarii 1753. Pontificatus Nostri anno decimotertio.

XII.

Beatificatio Ven. Servi Dei JOSEPHI A CUPERTINO Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci.

Procemium.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

ATERNUS DEI FILIUS, et si ante Mundum originem, Patri coequalis, æquè semper regnauerit, in plenitudine tamen temporum ideo apparuit patefactus in carne, ut juxta Prophetarum vaticinia, collapsa reædificando, & diruta instaurando, Regnum suum in ultimos usque Terræ fines contra antiqui hostis tyrannidem erigeret, & stabiliret. Quicunque igitur in hoc Regno, quod ex omnibus Linguis, & Populis colligendum erat, tamquam Civis adscribit fata- gunt, illud violenter expugnare, & assequi de- bent; cum hoc perpetuum edictum, & in omni- nem vitam ipsis promulgatum voluerit Christus Dominus, quod ignem veneri mittere in Ter- ram, & quod nihil aliud peteret, nisi ut ac- cenderetur, & arderet. Hoc solo Cœlesti igne mentes hominum undeaque instaurantur, cum ardore Spiritus Sancti afflatae & succensa, terrenis cupiditatibus compressis atque devictis, in Dei amorem rapiuntur, atque in similitudinem, imaginemque ejus conformantur.

S. 1. Divinae hujus potentiae locupletissimum Testem habemus in Venerabilis Servo Dei JOSEPHO A CUPERTINO Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Sacerdo- te professo, qui, cum in hoc Christi Regno ejus servituti se dévoverit, veterem exxit hominem, & novum induit, & Ducebat, & Antesignanum Franciscum, per altissimam paupertatem, per omni- modam sui abnegationem, per orationis instan- tiam, per Crucis meditationem, per arcu filientia, & per longas inediias imitari contendit. Ve- rum cum penitus intellexisset, quod etiam tradi- didisset corpus suum, itaut arderet, nihil illi pro- deset, nisi charitatem habuisset; hinc factum est, ut in hoc primo, & maximo Deum diligendi mandato, cogitationes omnes, omnesque vires enixe conferret. Ex hac intima cum Deo unio- ne adeo cor ejus Divinae caritatis igne corripi- bat, & incredibili interea dulcedinis amore totum deflagrabit, ut in ecstas, & raptus aliquando erumperet; & cum Incola teneretur in Terra, præ vehementissimo Dei sui desiderio, tamquam domesticus haberetur in Cœlis. Quapropter ejus nomen omnium sermone celebrari caput, quod nec inacessa loca, nec secretiora cubicula, in quibus quandoque moran obediendo tradivit, continere poterunt; donec relictis Auxi- xi in Piceno die decimanone Septembbris anno millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio inter so- dales suos mortalitatis exuvii, ad aeterna præmia vocatus, ad cœlestem Patriam commigravit.

S. 2. Percorrebrente itaque in dies ejus fan- clamoræ clarissime fama, ad Congregationem Ve- nerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardin- alium Sacris Ritibus præpositorum Causa deducta est; ubi cum de Virtutibus æstimandis, juxta Ca- nonicas sanctiones, questio de more haberetur, fel. rec. Clemens PP. XII. Prædeceßor Noster deci- mo octavo Kalendas Septembbris anni MDCCXXXV.

Commemo-
ratur virtus-
tes Beati Vi-
ti.

Et praefe-
tim ardens in
Deum chari-
ta.

Approbatio
Virtutum in
grada hero-
ico.

nimirum ratione, quod Alexandrina Constitu- de Ordinibus Minoribus, atque Majoribus differ- te caveat; questio autem est non adhuc defini- ta, utrum prima Clericalis Tonsura sit Ordo, nec ne. Denique Fraternitati Tuæ, quam pleno cor- dis affectu complectimur, Apostolicam Benedictio- nem impetratur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XV. Februarii 1753. Pontificatus Nostri anno decimotertio.

ANNO
1753.

Dat. 15. Fe-
bruarii 1753.

in gradu heroico constitutas eas esse pronuncia- vit. Porro coram Nobis ad universalis Ecclesiæ regimen Divina miseratione vocatis, cum de Mi- raculis disceptaretur, non absque supremo confi- lio factum esse censemus, ut ea ipsa die, videlicet die decima nona elapsi Septembbris, Genera- lis Congregatio super hac re coram Nobis cogere- tur, qua Venerabilis Dei Servus sexagenario ma- jor, meritis cumulatus, mortalitatem explevit in Terris, & immortalitatem inchoavit in Cœlis. Duo ex Miraculis, que disceptienda proponeban- tur, Confutorum suffragiis, & Venerabilium Fra- trum Nostrorum S. R. E. præfatae Cardinalium sententias consentientibus, probanda esse censui- mus; & Decretum super eisdem Nostrum pro- ferre, & promulgare voluimus die Sancto Fran- cisca de Affiis sacra, postquam ad ejus Aram revoluti in Basilica SS. XII. Apostolorum de Urbe, Omnipotenti Deo Hostiam placationis ob- tulimus; quam diem eum in finem delegimus, ut Sanctitatem in hac Franciscana Familia a Seraphico Parente suo invectam, uberrimo Ecclesiæ proventu, in ejus Alumnis in dies adolescere, no- vis atque mirificis argumentis constaret.

S. 3. Quapropter precibus tandem Regum, Episcoporum, alicorūque Principum, necnon di- lectorum Filiorum Fratrum Minorum Conventualium Paterna clementia annuentes, de ejusdem Cardinalium Congregationis consilio, & assensu, auctoritate Apostolica, tenore præsentium indul- gemus, ut idem Dei Servus JOSEPHUS A CU- PERTINO in posterum BEATI nomine nuncu- petur; ejusdem Corpus, & Reliquia veneratio- ni Fidelium (non tamen in Processionibus circum- ferenda) exponantur; Imagines quoque radis, seu splendoribus exornentur; ac de eo quotan- nis die decima octava Septembbris, quam diem pro ejus Festivitate celebranda præscribimus, sib- ritu dupli minori, recitetur Officium, & Mis- sa de Communii Confessoris non Pontificis, cum Oratione a Nobis approbata, juxta Rubricas Bre- viarii, & Missalis Romanii: Recitationem autem Officii, & Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus tum in proprio Minorum S. Francisci Conventualium Ordine, in quo solemni emissa Professione usque ad obitum permanst; tum in Ordine Fratrum Minorum ejusdem Sancti Fran- cisci Capucinorum (inter quos per aliquot an- nos communoratus est); ac de Observantia, Re- formatorum, Recollectorum, & Excalceatorum, ac Tertiæ Ordinis nuncupatorum; tum in Oppido Cupertini, in quo Vir Dei in lucem prodixit, ac in tota Diocesis Neritonensi: in Nostris etiam Civitatibus Affisi, illiusque Dioecesi; Terra de Petra Rubea Dioecesis Feretranæ; Forosempri- ni, & illius Dioecesi, que loca suo incolatu, ac virtutibus illustravit; tum denique in tota Dio- cesi, & Civitate Auximana, in qua ipse obdormivit in Domino; tum apud Archiconfraternita- tem sub invocatione S. Antonii Patavini in ea- dem Basilica SS. XII. Apostolorum de Urbe, & Confraternitatem S. Stephani in Civitate Affiseni canonice eratas, in quas cooptatus fuit; ab uni- versis Christifidelibus tam Regularibus, quam Se- cularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, & quadam Missas attinet, etiam ab omnibus Sacer- dotibus in Ecclesiæ, in quibus Festum perage- tur, confluentibus. Præterea primo dumtaxat an-

Item Mira-
culorum.

Beati no-
men, cultus,
& honores
eisdem decer-
nuntur.

Clausulæ.

Dat. 20. Fe-
bruarii 1753.

XII.

Proœmium.

Ordinis S.
Joannis Jero-
soli-
mitanus
laudes recen-
suntur.Preces dicti
Ordinis pro
generali con-
firmatione
privilegio-
rum & ju-
rium ei com-
petentium.

no a datis hisce Litteris, in Ecclesiis Fratum Minorum Conventualium, cæterarumque Franciscanarum Familiarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Diœcetum, Archiconfraternitis, & Confraternitis hujusmodi, solemnia Beatificatiois ipsius Servi Dei cum Officio sub ritu duplice majori, & Missa, die ab Ordinariis respective constituta, postquam in Basilica Nostræ S. Petri in Vaticano peracta fuerint Solemnia, nempe die vigesima quarta currentis Mensis, celebrandi facimus potestatem.

¶ 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non cultu &c. editis, cæterisque contrariais quibuscumque. Volunus autem, ut earundem presentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii dictæ Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Praefecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, que ipsis presentibus haberetur, si forent exhibite, vel ostendere.

Datum Romæ apud S. Marlam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Februarii MDCCLIII. Pontificatus Nostræ Anno Decimotertio.

D. Card. Passioneus.

Confirmatio & innovatio Privilegiorum, Gratiarum, & Jurium, Militaris & Hospitalis Ordinis SANCTI JOANNIS JEROSOLYMI- TANI: cum aliquibus declarationibus, & ampliationibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

INTER illustria Religiose Professionis Instituta, quorum concordi varietate circumdata nützt Ecclesia Christi, decet Nos Hospitali Militiam Sancti Joannis Jerosolymitanus specialis benevolentiae affectu complecti, quæ in charitate fundata, virtute roborata, sub Omnipotenti Dei protectione, adjuvantibus Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus, ac Religiosissimi Principibus, cunctisque Populis Christianis omni ope adnitentibus, ad sumnum splendoris & gloriae fastigium pervenit; dum generosi illius Fratres, ac Milites, animo ad pietatis officia demissi, ad bellum munera invicto, Christifidelibus humile hospitalitatibus ministerium, ac strenuum defensionis præsidium pari studio praestantes, novo & inaudito exemplo, miram declarant vim Religionis Christianæ; quæ pietatem armis sociat, bellum cum charitate conjugit, ac viros exhibit castra sequentes, Evangelicas perfectionis disciplinam, pro militari Sacramento, solemini riu profientes. Horum operam universæ Christianorum Reipublicæ, & Apostolicæ Sedi apprime uitilem cum fæce pe idem Prædecessores Nostræ agnoverunt, tum etiam Nos ipsi non unâ in re experti sumus; adjectis infuper ex parte Dilectorum Filiorum ejusdem Militiae Magni Magistri, & Conventus, perpicuis in Nos obsequiis & observantie argumentis, ac recurrentibus mutuis erga illos amoris Nostræ officiis & significationibus. Cum autem ipsi de perpetua firmitate Privilegiorum & Indultorum jam pridem ab hac eadem Apostolica Sede, ac etiam recenter a Nobis ipsis, eidem Militiae concessorum, tam pro eorum Ordinis dignitate & utilitate, quam pro felici & libero injunctionum sibi munerum exercitorum in commune Christianæ Rei bonum, merito solliciti, plurimum

optaverint, eadem per Nos recognita & recentita, novo confirmationis Nostræ munimine roborari, ac sicubi opus fuerit, declarari & ampliari; Nos eorumdem supplicationibus inclinati, pleraque Prædecessorum nostrorum Litteras & Concessiones, favore Hospitalis ejusdem Sancti Joannis Jerosolymitani, atque illius Militiae & Personarum, diversis temporibus emanatas, Nobis representant jussimus; ac diligenter præmisso examine, easdem partim in genere, partim distinctæ & expresse, sub ea forma, quam presenti temporum conditioni, & ejusdem Ordinis ac Militiae statu, magis aptam judicavimus, confirmare, innovare, seu respectivè declarare, & ampliare, ac etiam ex integrō, ut infra, statuere & indulgere decrevimus.

¶ 1. Itaque de Apostolicæ auctoritatis plenitude, & ex Nostræ certa scientia, eosdem Disclosos Filios prædictæ Hospitalis Militiae Magnum Magistrum, nec non Bajulivos, Priores, Castellanum Empolæ, Praeceptores, Milites, Fratres, Cappellanos, Donatos, & Servitores, omnesque & singulas dicti Hospitalis & Militiae personas, a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, alijque Ecclesiastici sententias, censuris, & penas, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latè, si quibus quomodocumque innodati existunt, ad effectum presentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; nec non omnium Litterarum, Concessorum, atque Declarationum per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Sedem Apostolicam, seu alia quamcumque auctoritate, favore ejusdem Hospitalis, ac Militiae, eorumque Magni Magistri, & Conventus, ac personarum hujusmodi, nec non Locorum, bōrum, ac rerum, sub quamcumque forma editarum, tenores & datas praetibus pro sufficienter expressis, ac etiam insertis habentes; Omnia & singula Privilegia, Immunitates, Exemptiones, Prærogativas, & alias qualcumque gratias, conciliations, facultates, libertates, favores, & indulta, terram, mareque concernentia, eidem Hospitali, & illius Militiae, Prioribus, Castellaniæ Empolæ, Bajuliviis, Praeceptoriis, Dominibus, Hospitalibus, Administrationibus, Officiis, Ecclesiis, Cappellis, Oratoriis, Locis, & Membris quibuslibet, ac pro tempore existentibus Magno Magistro, & Conventui, dictæque Militie Fratribus Militibus, Professis, atque Novitiis, nec non Priori Ecclesiæ, Cappellaniis, Donatis, Servitoribus, Vassallis, atque Colonis, ac dictos Prioratus, Castellaniam, Bajulivis, Praeceptorias, Do nos, Administrations, Officia, Ecclesiæ, Cappellas, & Membra prefata obtinentibus, per eosdem Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, ac dictam Sedem, seu per Nos ipsos, usque in praesentem diem, in genere, vel in specie concessa & elargita, seu per eosdem a pro tempore existentibus Imperatore, Regibus, & Principibus, alijque Christifidelibus obtenta, quatenus sint in ufo, nec sine expresse revocata, aut Concili Tridentini Decretis, & dictæ Sedi Apostolicæ Constitutionibus, nec non aliis Ordinationibus, in quibus de eadem Militia Hospitali expressa mentio fiat, seu praesentum Litterarum Nostrarum tenori, adversantia: Indulgencias quoque, & peccatorum remissiones, alijque spirituales gratias, hactenus eis per dictos Prædecessores Nostros, seu per Nos ipsos, concessas; praesertim Plenariam semel in vita, & in mortis articulo, pro eis eorumque Servitoribus, & Ministris, contra Infideles & Christiana Reipublicæ hostes pugnantibus, a fel. rec. Prædecessore Nostro Sixto Papa IV., alijque Indulgencias pro visitantibus Domos, Ecclesiæ, seu Cappellas ipsius Hospitalis, ab eadem Sede Apostolica diversis temporibus elargitas, servatis ta-

Pontifex
præmissis
omnium ex-
mine votis
d. eti Ordinis
annuit.

Confirmatio
generalis
omnium Pr.
vilegiuum
&c.

Item Indul-
gentiarum.

men